

P. Nulla te indigna, nata, afficio injuria ;
 Si probus est, bene locavi ; sin est improbus,
 Divortio te liberabo incommotis :
 Erravi ; post cognovi et fugio cognitum.

Voici l'építaphe que s'est composée Nævius, et qu'Aulu-Gelle a qualifiée de *plenum superbis campanæ* :

Mortaleis immortalis flere si foret fas,
 Flerent divæ Camenæ Nævium poetam ;
 Itaque postquam est orcinò traditus thesauro,
 Obliti sunt Romæ loquies latina lingua.

ENNIUS

(mort l'an de Rome 584).

Quam preimum cascel popolei tenuere latini....
 Certabant urbem Romamne, Remamne vocarent ;
 Omnis cura vireis uter esset endoperator.
 Expectant, veluti consol, quom mittere signum
 Volt, omnes avidè spectant ad carceris oras,
 Qua mox emittat pictis ex faucibus currus ;
 Sic expectabat populos, atque ora tenebat
 Rebus, utrei magnei victoria sit data regni.
 Interea sol albu' recessit in infera noctis :
 Et simul ex alto longe polcerruna prapies
 Laita volavit avis : simul aureus exoritur sol.
 Cedunt ter quator de collo corpora sancta
 Avium, prapetibus se se polcreisque loca dant.
 Conspicit inde sibi data Romulus esse priora,
 Auspicio regnei stabileitaque scamna solunique...

Non habeo denique nauci Marsum augurem,
 Non vicanos haruspices, non de circo astrologos,
 Non isiacos conjectores, non interpretes somnium :
 Non enim sunt ii, aut scientia, aut arte divini ;
 Sed superstitiosi vates, impudentesque hariolæ,
 Aut mertes, aut insanei, aut quibus egestas imperat :
 Qui sibi semitam non sapiunt, alteri monstrant viam,
 Quibus divitias pollicentur, ab iis drachmam ipsi petunt :
 De his divitiis sibi deducant drachmam, reddant cæteram ;
 Qui sui quæstus causa fidas suscitant sententias.

At tuba terribilei sonitu tarantatara dixit.

Moribus antiquis res stat romana viretaque

Stolidum genus Aecidarum
 Bellipotentes sunt magi, quam sapientipotentes.

Homo qui erranti comiter monstrat viam,
 Quasi lumen de suo lumine accendat, facit ;

(1
 enc
 cie
 per
 pou
 (2